



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXIV. An in aliqua parte Mißæ consistat Eßentia Sacrificij?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

A D III. Sciens falsum dicit: quae si S. Patres netcissent distinguere inter Concionatorem, & Sacerdotem. Heb. 5. Omnis Pontifex constituitur in iis, quae sunt ad Deum; ut offerat dona & Sacrificia. Sic & Heb. 8.

A D I V. Sacerdotes non vocantur propriè Mediatores per modum Redemtionis, sed per modum Deprecationis. Nec; Missa est Sacrificium ad morem Iudaeum; sed Veritas typicorum Sacrificiorum; quæ omnia Christus in Cruce consummavit, & antiquauit. Crucis Sacrificium vero non fuit proprium & unicum Christianis; sed Commune omnibus veris Religionibus, quæ in lege naturæ Moyisque fuit; nam Sacrificia vtriusque legis respectarunt ad hoc Crucis.

Q VÆSTI O LXXV.

*An in aliqua Missa parte consistat
Essentia Sacrificii?*

LUTHERANI item & CALVINIANI Catholicon utuntur & diuersitate tentiarum, & argumentis; quæ nos exerciti gratia mouemus: ipsi, à diuisis partibus singulis ad torum: Malè.

A U T O R. 1. **OBLATIO** panis & vini pertinet ad Integritatem Sacrificii; nō ad Essentiam. Quia licet omittatur casu Offertorium; verum tamen erit Sacrificium. Nam Corpus & Sanguis Christi sunt propriè materiale quod offertur. Sicomnes. **CONSECRATIO** materiae vtriusque iunctim, est formalis Essentia Sacrificii; sed probabilius Partialis, quam Totalis. **OBLATIO** secunda, id est. Elevatione est item pars formalis. Sic omnes. **FRACTIO** est pars integrans:

Nam si in Calicem S. incideret tota Hostia, relinquenda foret, non frangenda; & verum tamen esset Sacrificium. **S V M T I O**, à Consecrante facienda, pars est Essentialis.

R A T I O. Quia tria requiruntur ad Sacrificium: 1. Vt res profana fiat sacra per Consecrationem. 2. Vt res sacrata offeratur Deo. 3. Vt res oblatæ mutetur, aut ordinetur ad veram externam mutationem. *D Th. 2.2. q. 85. art. 3.*

I I. C O N S E C R A T I O potissimum est Essentia Sacramenti; ita tamen vnicludat præuiam Oblationem, & sequentem mutationem, seu sumptionem. 1. Quia nihil in Missa tam fit in persona Christi, quam Consecratio: vt quippe Consecravit. 2. Quia Apostoli, eadem proferendo verba, consecravunt, & vti Dominus, sumserunt.

Q VÆSTI O LXXVI.

An Missa sit Propitiatorium, & Impetratorium Sacrificium?

LUTHERVS I de Capt. Babyl. c. 1. In Confess. Aug. art. de Missa: Confess. Wittenb. c. 16. Item

C A L V I N S Instit. l. 4. c. 18. §. 13, 14. 11. Kemnitius p. 2. Exam. in Seff. 22. Cœnæ distributionem, & Mandationem: sive eucharisticam & latreuticam, vtpote ad laudes Dei factam, facile annunt. At vel esse Sacrificium propriè dictum, vel Propitiatorium aut Imperatorium, pernegant.

S V A D E N T Q; istis. 1. Lutherus. Non potest unus pro altero baptizari: ergo nec sumptio Eucharistie unius pro altero fieri: non igit Missa est propitiatoria. Quia Communio unius prodebet alteri. 2. Kemnitius. Si Missa esset propitiatoria pro remissione peccatorum, vtile esset non accedere Sacramenta pro remissione peccatorum percipienda faciū. *& se*

